



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 91. Granvellani Cardinalis fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Aldobrandino raræ virtutis, & pro-Sæcul. XVI.  
fundæ eruditionis Viro demandata est. A.C. 1586.

§. XCI.

*Granvellani Cardinalis fata.*

Tertius erat Antonius Perrenotus *Ciac. t. 3.*

Granvillianus Bisuntii in Burgun-<sup>pag. 925.</sup>  
diæ Comitatu natus ex Patre Nicolao, <sup>Sanmarth.</sup>  
qui non tam generis nobilitate, quam <sup>Gall. Christ.</sup>  
<sup>tom. I.</sup> ingenii sui præstantia supremam Can- <sup>Thuan. l. 84.</sup>  
cellarii dignitatem apud Carolum V.  
Cæsarem promeritus fuit, & per in-  
tegros viginti annos, atque usque ad  
extremum vitæ suæ halitum gratia,  
& benevolentia apud eundem Impera-  
torem plurimum valuit, quod sane ra-  
rum est fortunæ erga Principum clien-  
tes constantis exemplum: porro Anto-  
nius natu minor tam præclari Paren-  
tis Filius ejusdem præceptis apprime  
imbutus fuit, atque eodem modera-  
tore insuper dexteritatem ad res felici-  
ter gerendas oppido necessariam sibi  
comparavit, insuper jam aliunde ex-  
cellenti ingenii acie prædictus, intelle-  
ctum suum scientiis, quas in celebrio-  
ribus Europæ Academiis hauserat,  
plurimum excolebat: unde ab Impera-  
tore, cui hujus Viri merita satis per-  
specta erant, ad Ministri Cæsarei ho-  
nores evehebatur, ad quam dignita-  
tem non tam Patris obsequia, quam

*Hist. Eccles. Top. L.*

Ee pro-

**Sæcn. XVI.** proprii meriti suffragia eidem viam pa-  
**A.C. 1586.** rabant. Natus is erat Mense Septem-  
 bri anno restauratæ salutis millesimo  
 quingentesimo decimo septimo, evo-  
 lutoque studiorum curriculo ex Bisun-  
 tinæ Ecclesiæ Canonico, & Protomo-  
 tario Apostolico circa annum Christi  
 millesimum quingentesimum triges-  
 um nonum ejusdem Ecclesiæ Archi-  
 diaconus renuntiabatur, obtentoque  
 Atrebatenſi Episcopatu una cum Nico-  
 lao Patre ad Concilium Tridentinum a  
 Paulo III. indictum, Cæsareæ Majesta-  
 tis nomine se contulit, ubi ad Patres,  
 qui convenerant, orationem ea de re  
 habuit non minus eloquentia celebrem,  
 quam rationibus oppido gravem, insu-  
 per ibi ad quævis negotia ibidem agi-  
 tata ipsius opera impendebatur. Pol-  
 ea Orator ad Franciscum I. Gallo-  
 rum, & deinde ad Henricum VIII.  
 Anglorum Regem pro fiscienda pa-  
 ce decernebatur, atque anno mil-  
 lesimo quingentesimo quinquagesimo  
 nono a Philippo II. Hispaniarum Rege  
 Margaritæ Austriacæ Belgarum Guber-  
 natrici Consiliarius est datus, apud quam  
 adeo potentia valuit, ut sibi invidiam  
 nobilium, & multorum æmulationem,  
 necnon Gubernatricis contemptum ac-  
 censeret, quapropter relicta hac patria  
 in Hispaniam profectus est.

Demum

Demum Archiepiscopatu Mechli- Sæcul. XVI.  
A.C. 1586.  
nienſi donatus a Pio IV. anno Redem-  
ptionis noſtræ millesimo quingentesimo  
sexagesimo primo Presbyteris Cardina-  
libus adſcribebat: anno autem mil-  
lesimo quingentesimo septuagesimo octa-  
vo Sabinensis Episcopus, prius autem  
anno millesimo quingentesimo septua-  
gesimo Orator unacum Pacceco Cardi-  
nale ab Hispaniæ Rege nominatus est,  
ut pro bello contra Turcas movendo  
Principum fœdus conciliaret. Postea  
Neapolitani Regni Prorex creatus civi-  
tatem illam ingressus fuit Mense Aprili  
 anni millesimi quingentesimi septua-  
gesimi primi, ubi in Ecclesia S. Claræ  
tanquam Legatus Apostolicus bellicum  
Romanæ Ecclesiæ vexillum sacravit,  
atque illud Joanni Austriaco tradi-  
dit: Anno millesimo quingentesimo  
octogesimo quarto Mechlinienſi dimiſſo  
Bisuntinum Archiepiscopatum post Clau-  
diū de la Baume obtinuit, atque a Phi-  
lippo II. Hispaniarum Rege, cum Lusi-  
taniæ Regnum possidere aggredieretur,  
ad Aulam revocatus interea omnium  
rerum Hispánicarum ſollicitudinem in-  
ſe ſuſcepérat, ibidemque aliquamdiu  
commoratus rerum Italicarum supremus  
confilii Præſes declaratus eſt, ac ſpon-  
ſalia inter Carolum Philibertum Sab-  
audiæ Ducem, & Catharinam Phi-  
lippi

E e 2

lippi

**Sæcul. XVI.** lippi II. Regis filiam natu majorem Cæ.  
A.C. 1586. far-Augustæ conciliavit.

Tandem Madriti in Hispania febi correptus annos natus septuaginta duos, die dominico nonas Calendas Octobris anno salutis millesimo quingentesimo octuagesimo sexto Pontificatus Sixti V. secundo e vita migravit, corpusque ejus in S. Philippi templo apud Eremitas S. Augustini depositum, postea autem Bisuntium translatum, atque ibi, non in Metropolitana Ecclesia, sed apud Carmelitas juxta Patrem suum conditum est.

### §. XCII.

#### *Donati Cæsii Cardinalis extrema.*

**Ciat. l.c.** Quartus erat Petrus Donatus Roma-  
**pag. 1045.** nus ex illustrissima Cæsiorum fa-  
**Aubery l.c.** Ughel. Ital. milia ortus, qui anno Christi millesimo  
**Sacra Rubei** quingentesimo vigesimo secundo natus  
**hist. Raver.** ac sub celebriorum Virorum magisterio liberaliter educatus Romam reversus est, ubi in Federici Cæsii Cardinalis aula aliquamdiu vixit: utriusque deinde Signaturæ Referendarius, & Episcopus Narniensis die vigesima prima Men-  
sis Junii anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto renuntiatus est, & in Concilio Tridentino pie, ac doce-  
cum aliis Patribus sententiam dixit:  
inde vero redux variis honorabatur offi-  
cii